

PAULI MERVLE
 DISSERTATIO
 DE
 MARIBUS.

CAP. I.

De Mari universim.

MARE nihil aliud, quam collectio reciprocantium Aquarum generalis, Isidoro scribente lib. XIII. Originum, cap. XIV. dicta eidem ab Amaritudine. Collectionem diffiniens voco generalem: Nam Aqua, quæ dum spacio sex dierum emolliabatur omnia potenter ex nihilo Deus, ante diem tertium universam undique terram operiebat, tertia die unum in locum est congregata; sic ut Terra appa-
 ruerit. Ita enim apud Moschen in descriptione operis tertii diei Deus noster infinitæ potentæ: *Congregentur (יקוו) Aquæ, quæ sub Cælo sunt ad locum unum (אל-מקום אחד) & appareat Arida (היבשה)* Addit deinde divinus Scriba: *Et factum est ita. Et vocavit Deus Ardam, Terram; & Congregationem Aquarum (ולמקורה המים) appellavit Maria*